

URKUNDEN.

URKUNDEN.

Die Urkunden sind in drei Theile eingetheilt: in die
 1. Urkunden der Kaiser und Könige, in die
 2. Urkunden der Fürsten und Bischöfe, in die
 3. Urkunden der Städte und Gemeinden.
 Die Urkunden der Kaiser und Könige sind in
 die Urkunden der deutschen Kaiser und Könige
 und die Urkunden der französischen Kaiser und
 Könige eingetheilt. Die Urkunden der Fürsten
 und Bischöfe sind in die Urkunden der
 deutschen Fürsten und Bischöfe und die
 Urkunden der französischen Fürsten und
 Bischöfe eingetheilt. Die Urkunden der Städte
 und Gemeinden sind in die Urkunden der
 deutschen Städte und Gemeinden und die
 Urkunden der französischen Städte und
 Gemeinden eingetheilt.



Nr. I.

Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg vergleichen sich mit dem Grafen Helmold II. von Schwerin über die gräflich - schwerinschen Lehen des Ritters Johann Gans und seiner Söhne.

D. d. Dolslage 1275. Mai 18.

Nos Otto et Albertus dei gracia marchiones Brandenburgenses recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod, mediantibus auunculis nostris karissimis Alberto et Johanne de Brunswic ducibus, inter nos ex vna et Helmoldum comitem Zwerinensem taliter exstitit placitatum ex parte altera, quod ipse Helmoldus comes pueris domini **Johannis** dicti **Gans** felicis memorie talia bona, qualia pater eorundem puerorum in possessione sua habuit, contulit iusto titulo pheodali. Ceterum omnia bona, que strennui milites dicti Gans a comite sepedicto tenuerunt in pheodo ab ipso comite, emimus pro bonis infeodatis, ita tamen, quod pro marca argenti infeodata marcam argenti, pro talento infeodato talentum, pro choro pise infeodato triginta solidos, pro choro si-

liginis infeodato talentum, pro choro ordei infeodato talentum et pro duobus choris auene infeodatis talentum dicto comiti denariorum Brandenburgensium persoluemus, et quicquid frusta in terra Perleberge libera nunc fuerint, pro singulis frustis dicto comiti persoluemus estimacionem decies hic expressam. Similiter et de bonis terre Lentsin comprehensis in distinctione terminorum per ipsum comitem et nostros homines adhuc facienda modis premissis volumus de frustis singulis observari. Huius vero pecunie terciam partem dicto comiti soluere debemus in festo beati Martini proxime nunc venturo; item terciam partem ei persoluemus in purificatione beate Marie proxime nunc instanti; vltimam vero partem terciam in festo beate Walburgis virginis abinde proxime sequenti sepedicto comiti debebimus integraliter persoluisse. Super predictis omnibus et singulis modis premissis hincinde firmiter observandis presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Verum si pecunia antedicta temporibus pretactis non solueretur comiti prelibato, milites infrascripti, qui pro ea promiserunt, Perleberge intrabunt, nullatenus exituri, nisi de comitis fuerit voluntate; nomina autem militum sunt hec: Arnoldus de Jagow, Hermannus de Boyster, Conradus de Gotberge, Fridericus de Hagenow, Henricus de Plote, Johannes Krüger, Johannes de Cummelosen, Fridericus de Bandov, Johannes de Stendal, Johannes Podevos, cum quibus

promittent adhuc decem milites in crastino beati
Johannis baptiste proxime nunc venturo in loco qui
Hunrelant vulgariter appellatur; verum si aliquem
predictorum militum uel aliquos mori contingeret,
quod absit, loco illius alium substituere debebimus
eque dignum. Actum et datum Dolslage anno do-
mini M^oCC^oLXXV^o, XV^o kalendas Junii.

Nach dem auf Pergament in einer flüchtigen cursivischen
Minuskel geschriebenen Originale im grossherzoglich-
meklenb. Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin. An
2 Pergamentstreifen hangen:

1) das sehr beschädigte ovale Siegel des Markgrafen
Otto mit der stehenden, gerüsteten Figur des Markgrafen,
mit dem brandenburgischen Wappenschilde zur linken
Hand, und

2) das runde Siegel des Markgrafen Albrecht, wel-
ches unter einem dreithürmigen Giebel in einer achtmal
ausgeschweiften gothischen Rosette einen längs getheilten
Schild enthält, der in der rechten Hälfte einen Adler,
in der Linken einen Löwen enthält, mit der Umschrift:

SIGILL . ALBERTI . DI . GR

ARCHIONIS . BRADABVRGEN.

Nr. II.

Die Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin bezeugen, dass der Ritter Ludolf Hasencop und der schweriner Bürger Gerold, genannt Müller, der Grafen Lehnleute, ihre Lehengüter in dem Gute Driberg zu Gunsten des St. Johannis-Klosters zu Lübeck aufgelassen haben.

D. d. Schwerin 1281. Mai 21.

Nos Helmoldus et Nicolaus dei gracia comites Zwerinenses vniuersis, ad quos littere presentes peruenerint, cupimus esse notum publice protestantes, quod honestus miles dominus Ludolfus dictus Hasencop et Gheroldus dictus Molendinarius ciuis Zwerinensis, pheodales nostri, bona, que a nobis in villa Driberg tenuerunt iusto titulo pheodali, nobis ad manus sanctimonialium ecclesie beati Johannis ewangeliste in Lubeke libere resignauerunt, presentibus testibus ydoneis: genero nostro domino **Johanni** dicto **Gans de Wittenberge** videlicet et domino Molzan, domino Vlrico de Blucher, domino Friderico Hasencop, domino Conrado capellano nostro, canonicis Zwe-

rinensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Vt autem predictis sanctimonialibus nulla in posterum inde possit calumpnia suboriri, presentem paginam sigillorum nostrorum appensionibus roborari fecimus in testimonium veritatis. Acta sunt hec Zwerin anno domini M^o.CC^o.LXXXI^o, in vigilia Ascensionis domini.

Nach dem gut erhaltenen Originale im Archive des St. Johannis-Klosters zu Lübeck. Das eine anhängende runde Siegel zeigt ein rechts ausschreitendes Pferd mit der Umschrift:

SIGILLVM . HE DI . COMITIS .
ZWERINENSIS.

Das andere anhängende dreieckige Siegel ist zerbrochen.

Nr. III.

*Der Ritter Johann Gans von Perleberg schliesst
ein Bündniss mit dem Grafen Helmold von
Schwerin.*

D. d. 1292. Julii 25.

Nos Johannes miles dictus Gans de Parle-
berghe omnibus presentia visuris uel audituris
volumus esse notum, quod nos cum nobili viro
domino Helmoldo comite Zwerinensi conue-
nimus in hunc modum omnimodo concordantes vi-
delicet, quod nos vnum cum ipso erimus et in
omnibus iustis et rationabilibus causis ipsi asta-
bimus contra emulos suos et quoslibet inuasores,
excepto inclito principe reuerendo nobis domino
Ottone marchione Brandenburgensi longo
et ceteris nostris consanguineis, in quorum
preiudicium causa huius ordinationis nichilum facie-
mus. Testes huius ordinationis sunt: Huno dictus
de Carwe, Johannes Huno, Arnoldus dictus de Bes-
wede, milites, Guncelinus domicellus Zwe-
rinensis, filius dicti comitis Helmoldi, et
alii fide digni. In huius rei testimonium presen-
tes litteras sigilli nostri munimine roboramus.

Datum anno domini M^oCC^o nonagesimo secundo,
in die beati Jacobi apostoli.

Nach dem im grossherzogl. Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Originale auf einem kleinen Pergament in einer kleinen cursivischen Minuskel. An einem aus der Charte geschnittenen Siegelbande hängt ein Siegel aus weissem, ungeläutertem Wachs, mit einer Gans mit ausgebreiteten Flügeln; die Umschrift und der grössere Theil des Siegelfeldes sind gänzlich abgebrochen. Das Siegel ist jedoch dasselbe, welches an der Urkunde Nr. IV hängt.

MCC^oXXXIX.

Nr. IV.

*Der Graf Nicolaus von Danneberg verleiht
dem Ritter Huno von Carve das Dorf
Grittel mit der Holzfreiheit im Walde
Lipe.*

D. d. 1290.

Cunctis Christi fidelibus hanc presentem paginam
visuris salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi
tam presentes, quam futuri, quod nos Nycolaus
dei gracia comes de Dannenberg domino Hu-
noni dicto de Carogve et pueris suis villam, que
dicitur Critle, et ligna ad ipsius vsus in silva Lipe
cum omni iure, sicuti nos abuimus et sine aliquo
seruicio, libere contulimus, et cum filiis fratris
nostri consessum fuerit comitis Adolphi bone
memorie, id ipsum facient sine aliquo impedimento,
et vt ipsi ratum seruabunt pueri, promissimus fide
data nos dei gracia comes N. de Dannenberg
et **Johannes** dictus **Gans de Parleberg**.
Huius rei testes sunt: dominus Jo. de Gardistz et
Volmarus de Velevisz et Godefridus de Logstede
et Rogcherus et H. Brungcene. Actum anno domini
m^oCC^oLXXXX.

Nach dem im grossherzogl. Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originale auf Pergament in einer scharfen, eckigen Minuskel.

Ueber den Inhalt der Urkunde vgl. Rudloff Gesch. der Grafen von Danneberg in Meklenburg S. 32 und 40, und Urk. Lief. Nr. LXVIII.

An Pergamentstreifen hängen zwei Siegel aus ungeläutertem Wachs:


1) das runde Siegel des Grafen Nicolaus von Danneberg mit einem Schilde mit einem aufgerichteten Löwen; die Umschrift ist abgebrochen;


2) das hier unten abgebildete grosse, runde Siegel des Herrn Johann Gans von Perleberg, mit einer Gans mit ausgebreiteten Flügeln über einem mit Perlen gezierten Thorgiebel; Umschrift etwas unklar:

✠ SIGILLVM . IOHANIS . P(V)CA .

DA : PÄRLANBERGA.










59/7117

H.

Fr.

ST/

fr.



ST